xii · cosinorum; Ignorant autem quid sit
int̄ dexteram et sinistram uel propter inno
centiam et simplicitatē · ut iactantem monstret
aetatem · et relinquat intellectui quantus
sit numerus aetatis alterius · Cum tantus sit
paruulorū · uel certe quia magna erat urbs ·
et in domo magna ñ solū uasa sunt aurea et
argentea sed et lignea et fictilia · Erat in ea
plurima multitudo que ignorabat ante pe
nitentiam · quid eet inter bonū et malū · in
ter dextrum et sinistrum · Sed et iumenta
multa · Multus est enim in nineue nume
rus iumentorū et irrationabiliū hominū · qui
comparantur iumentis insipientibus et
adsimulantur eis · EXPLICIT EXPLA
NATIO IN IONAM PROPHT · INCPT
PROLG IN ABDIAM PROPHAETAM ·

DUM ESSEM PARUULUS · UT PARUULUS
loquebar · ut paruulus sapiebam · ut
paruulus cogitabam · Postquam factus sū
uir quae paruuli erant deposui · Si aposto
lus profecit et cottidie praeteritorum
obliuiscens in priora se extendit · ac secun
dum praeceptum dñi saluatoris stibā in te
nens post tergum non respicit · Quanto
magis ego qui necdum ad aetatem pfecti
uiri · et in mensurā xpi ueni · mereri de
beo ueniam · quod in adulescentia mea
prouocatus ardore et studio scriptura
rū allegorice interpraetatus sū abdiam
prophetam · cuius historiā nesciebam ·

Ardebat animus cognitionem mysticā ·
et quia legerā omnia possibilia credentib;
ignorabam diuersa ēē charismata; Litte
rulas saeculi noueram · et ob id putabā me
librum legere posse signatū · Stultus ego
XXIIII seniores habentes in manib; fialas
et citharas · et quattuor animalia plena
oculis consurgunt de throno suo imperi
tiam confitentur · gloria magno canunt ·
et uirgae de radice iesse · et putabā posse
me quod credebam · cuius in manu ñ fiebat
sermodi · nec dicere poterā amandatis tuis
intellexi · Neq · illius de euangelio beatitu
dinis recordabar · Beati mundo corde qui
a ipsi dñm uidebunt; necdum de altari
carbo sublatus labia mea purgauerat ·
necdum error ueteris ignorantiae igne
spū sci fuerat circumcisus · Et audacter
loquebar ad dñm · Ecce ego mitte me;
Sperabam in scriniolis iacere quos scrip
serā · et ingenioli primā temeritatē ig
nibus uouerā · Cum subito de italia affer
tur exemplaria quodam iuuene tot an
nis quot et ego · quondam scribseram lau
dante opusculum meum · Fateor mira
tus sū · quod quāuis aliquis male scrip
serit inuenit lectorē similem sui · Ille
praedicabat; et ego erubescebam; Ille qua
si mysticos intellectus ferebat ad caelum ·
ego dimisso capite confiteri meū pudorē
prohibebar · Quid igitur condemnamus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0242